

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9628

Auteur(s) : Guillaume de Semilly [particulier]

Bénéficiaire(s) : Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1199

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume de Semilly confirme la donation de plusieurs terres sises à Aunay[-sur-Odon] faite par son chevalier Raoul de Buron aux moines de Notre-Dame d'Aunay[-sur-Odon]. Ces terres ont été données à Raoul par Guillaume de Semilly pour son service. Les moines d'Aunay donne à Raoul cinquante livres de monnaie d'Anjou au nom de la charité. En outre Guillaume concède l'échange d'une terre et la donation d'une terre faits en faveur des moines d'Aunay, les terres qui étaient dans son fief à Aunay[-sur-Odon].

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H778.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye d'Aunay », n° 29-91, p. 49.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Texte d'après A

Notum sit presentibus et futuris quod ego Willelmus de Similleio, anno ab incarnatione Domini M°. C° XC°. IX°, bon[o animo concessi et prese]nte carta sigillo [meo] munita confirmavi Deo et Beate Marie de Alneto et monachis ibidem Deo servientibus, donationem quam Radulfus de Buron, miles meus, dedit illis in parrochia de Alneto, scilicet tenementum Willelmi Hose, quod continet quatuor acras, et tenementum Ranulfi Loison et Radulfus Loison, quod continet quinque acras et unam virgatam, et tenementum filiorum Hugonis de Capelvilla quod continet tres virgatas et unum pratum quod situm est in valle Beckeht et tenementum de Moretonio quod continet duas acras, que tenementa dicti homines tenuerant de me, et novem acras terre et tres virgatas de dominico quod est situm inter [ma]suagium Petri de Oudon, et masuagium Willelmi de Coudres, et masuagium Ricardi de Moretonio, et extenditur per subtus masuagium predicti Ricardi usq[ue] ad aliud dominicum monachorum. Que tenementa et quas terras ego eodem anno dederam prefato Radulfo de Buron, militi meo pro servitio et homagio suo, illi scilicet et heredibus suis jure hereditario tenendas de me et heredibus meis. Pro qua tamen donatione prefati monachi dederunt predicto Radulfo de Buron quinquaginta libras Andegavensium de caritate domus sue. Concessi etiam et similiter confirmavi Deo et dictis monachis duodecim acras terre et unam virgatam quas Herbertus de

Rivaria dedit illis de feodo quod tenet de me in eadem parrochia de Alneto per equivalens excambium quod de eisdem monachis accepit in dicta parrochia et novem acras terre et dimidiam quas Petrus de Oudon et Drogus filius Engerrani et Willelmus de Coudres dederunt illis in eadem parrochia de Alneto de feodis que ipsi tenent de me, acceptis ab ipsis monachis equivalente excambio in ipsa parrochia. Omnes autem terras istas concessi et confirmavi Deo et dictis monachis pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam liberam omnino et quietam. Si quis igitur aliquo tempore aliquid in predictis terris quacunque occasione exegerit vel r[ecla]maverit, ego et heredes mei eas per omnia de nostro proprio liberabimus tanquam nostras elemosinas. Hujus autem rei testes sunt, Ricardus Bastart, Reginaldus de Corcella, Gaufridus de Karon, Hugo de Risenbergo, Tustinus filius Petri, Willelmus filius Engerrani.